Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ra in auribus nris. Et omnes
testimonium illi dabant et mirabantur in verbis gratiae quae procedebant de ore ipius. Sabbato. ad thymo.
Rmiae. Fidelis sermo et omni acceptione dignus quia hoc enim laboramus et maledicimur quia speramus in deum viui: qui est saluator omnium maxime fideliu. Oeripe hec et doce. Nemo adolescentiae tuae contemnat: sed exemplum esto fideliu in verbo in conuersatione in karitate in fide: in spe in castitate. Dum uenio attende lectioni exhortationi doctrine. Noli negligere gratiam quae in te est: quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbiterii. Hec meditare in istis esto ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi: et doctrina insta in illis. Hoc enim faciens: tuipsum saluum facies et eos qui te audiunt. Marcum.
In illo tem. Egressus ihus abiit in priam suam et sequebantur eum discipuli sui. Et facto mane sabbato cepit in synagoga docere. Et multi audientes admirabantur in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia: et quae est sapientia quae data est illi: et virtutes tales quae per manus eius efficiuntur? Nonne iste est faber filius marie frater iacobi et ioseph et iude et simonis? Nonne et sorores eius hic nobiscum sunt: et scandalizabant in illo. Et dicebat eis ihus. Quia non est prpha sine honore nisi in patria sua et in cognatione sua et in domo sua. Et non poterat ibi virtutem ullam facere nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum. Omnis terra.
Adorate deum omnes angeli eius audiuit et letata est sion et exultauerunt filie iude Ps Dns regnauit exultet terra letetur insule multe.
Omnipotens sempiterne deus infirmitatem nram propitius respice atque ad protegendum nos dextram tue maiestatis extende. Kres. ad. Romanos.
Nolite esse prudentes apud uosmetipos: nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona non tantum